

MORTIS MEDITATIO, NOSTRA CONSOLATIO
quam itidem

Viro Prudentissimo, Spectabili ac Integerrimo

DNO. DANIELI BAUMGARTEN,
Primario Civi ac Negotiatori Reipub: Patriæ.

ut &

Sexūs sui Virtutibus ac Decore conspicuæ fæmina.

DNÆ. AGNETI AUSTENIÆ,

Cum alteram filiolam

CATHARINAM,

xv. Calend: ixbr: Anno. cl5. I^oc. lxiv. humarent.

Debitæ observantiæ & Christianæ Condolentiæ gratiâ
submittit.

Georgius Wachschlager. Thor. Bor.

Non superare datur signatæ tempora vitæ
Nemo suam metam transiliisse potest.

Sed cum fata volunt manes descendere ad imos
Cogimur, est cunctis mortis eunda via.

Mors invicta manet, stat inevitabile fatum.

Per quod mortalis concidit omnis homo.
Tam citò magnificis Reges detrudere sellis

Quam subitò miseros illa necare valet.

Canities veneranda senis non incutit ipsi
Horrorem, nec Vir cum pietate gravis.

Nullæ delitiæ sunt ipsi in flore juventæ,
In cunctos rigidas figit at ipsa manus.

Quid? quod in innocuam pariter sœvire cohortem.
Cernimus infantum, quos mala Diva ferit.

Iccircò quoniam non ulli parcere novit
Ætati, parcit nec, CATHARINA, Tua.

Vix quartam ante diem Tua data Sororcula Tumbæ,
Tu pede sat presso jam comitaris eam.

Tu dare debueras solatia utriq; Parenti
Sed melius cessit, sic statuente DEo.

Namq; triumphatâ jam morte & juncta Sorori
Incolis æternum Regna beata poli

Regna beata poli quēis nil jucundius unquam
Mortale ingenium fingere mente queat.

Quæ tandem vestra est tam vana querela Parentes
Filiolas vestras, cœliça templâ tenent.

Quin potius vestri memores compescite planctus
Nec nimus capiat, pectora mœsta dolor.

Ipsarum in tumulō jam molliter ossa quiescunt,
Spiritus æthereis sedibus altus ovat.

卷之三

